Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quando cum abraham pepigit fedus. qui & fidem sancte trinitatis. & mysterium tue incarnationis mundo est prestatus. Usq; in presentem diem. uel usq; in tuam resurrectionem quam nc pre oculis oportet semper habere presentem. uel usq; ad generalem omnium resurrectionem. quam item p oculis oportet semp habe presentem. Quadraginta & quinq; anni sunt. quia iam quinq; milia anni fluxerunt. ex quo in ortu primitue ecclesie. ueteris ac noui testamenti mysteria ceperunt. Ex quo dns uerbum istud ad moysen est locutus. ex quo deus pater ueteris testamenti patribus. tue redemptionis mysterium est prestatus. Quando ambulabat israhel p solitudinem. quando ecclesia primitiua non habens scriptam legem. ad illam tuam dilectam & electam respiciebat solitudinem. de qua tu fili dei humanam decreuisti sumere carnem. Hodie octoginta quinq; sum annos. quia post euoluta scla quinq; milium annos tue incarnationis uideo consummatum mysterium. quo per octo beatitudines euangelii. & p mandata decalogi. mee predicationis, psperatum est ministerium. Hodie sic sum ualens. toto huius seculi tempore. tue fidei & dilectionis incendio calens. ut eo ualebam tempore. quando sine scripta lege. studia florebant naturalis sapientie. Quando missus sum ad explorandum. quando a primitiua ecclesia. directus sum ad tue incarnationis mysterium inuestigandum. Illius in me temporis fortitudo usq; hodie pseuerat. quia primitiue ecclesie sapientia. fides. & dilectio. mordine predicatore usq; in finem seculi pdurat. Iam ad bellandum contra hereticos. quia ad gradiendu uerbo sane doctrine. & exemplo pie uite. ante katholicos. Da g

michi montem istum. da michi p spiritu sanctum tuum. ueteris ac noui testamenti conscendere ecclesium. & incaptuitate redigere omnem scripture intellectum. Quem dns est pollicitus. dicendo ad noe. ponam arcum meum in nubibus. Te quoq; audiente. immo te dei filio cum deo patre hoc pollicente. in quo enachim sunt. difficiles littere. sublimes allegorie. moralitates precelse. Enachim enim monile colli sublimi dicitur. quo nomine allegoriarum & moralitatum decor. littere ueteris testamenti circumdatus exprimitur. Urbes magne atq; munite. magne ad salutis remedium. munite ad defensionis presidium. Si forte sit dns mecum. qui in tue redemptionis misterio est tecum. Et si forte potuero eos delere. spiritum uiuificantem. littere occidenti faciens preminere. Sicut promisit michi. quando redemptionis mysterium inuenit ubi. Iosue caleph benedicit. cum filius dei predicatorum ordini spiritum sanctum tribuit. Tradit ei ebron in possessionem. cum p suam resurrectionem & ascensionem. ordini doctorum sancte scripture credit hereditatem. Ebron citi connubium. uel uisio sempiterna dicitur. p quam sancta scriptura accipitur. in qua uere delectationis complexus pagitur. p quam eterne uisionis letitia repromittitur. Ex eo. ebron caleph filio iephone cenezeo sunt. quia ex eo ordo doctorum sancte scripture hereditatem optinuit. ex quo spiritus sanctus discipulis in linguis ignis apparuit. Usq; in presentem diem. usq; in terminatis dies. quem semper p oculis conuenit habere presentem. Quia dnus dns israhel est secutus.